Noverint universi quod ego Ungarius Fusteri et Johannes Fusteri eius filius prothie de Rivolutorum de Silva gratis et ex certa sciencia confite-
mur et recognoscimus vobis venerabili domine Constancie de Palatiolo subpriorisse Monasterii Sancti Danielis Gerunde presenti quod nos racione
mansi Fusteri dicte prothie de Rivolutorum de Silva et ex quo mansum cum eius terris honoribus possessionibus et pertinenciis vos et vobis succeden-
tes in vestro officio subprioratus dicti Monasterii habere debetis et consuevistis homines et mulieres in eodem manso continuam reside-
ciam facientes sumus et esse debemus homines vestri et dicti vestri officii proprii et solidi una cum omni prole nata et nascitura et cum
omnibus nostris bonis mobilibus presentibus et futuris promittentes vobis quod erimus semper fideles et legales vobis et dictis succedentibus vestris
tam de corpore quam de avere et quod non mutabimus causa [illegible] morandi vel dominium transferendi aliquam civitatem villam vel castrum
aut locum alium privilegiatum neque aliud faciemus vel tractabimus propter quod vos vel dicti vestri succedentes nos possitis amittere
et alius dominus lucrari, immo semper vos et dictas vobis succedentes pro nostris dominis naturalibus reclamabimus, obligando
propter hec vobis et dictis vobis succedentibus omnia bona nostra ubique habita et habenda. Jurantes sponte per Deum et eius sancta qua-
tuor evangelia per nos corporaliter manu tacta predicta et infrascripta omnia et singula semper rata grata [illegible] et firma habere
tenere et servare ac attendere et complere et nullatenus contrafacere vel venire aliqua racione. Et de ac quod premissis facimus vobis
homagium tuis manibus comendatum. Actum est hoc [illegible] in Monasterio Sancti Danielis Gerunde quinta die aprilis anno a
nativitate Domini millesimo CCC nonagesimo sexto. Signum Ungarii Fusteri. Signum Johannis eius filii predictorum qui hoc firmamus et laudamus
atque juramus. Testes huius rei sunt Michaell Johannis Fusterius et Narcissus Vedruna fferrarius Gerunde.

Signum Petri de Ponte notarii publici substituti auctoritate regia a Jaspero de Campolongo procuratore baiulie et vicarie Gerunde sua et pertinencie, notarius, qui hec scribi
feci et clausi cum raso et emendato in linea VII ubi scribitur non mutabimus causa.

Nº 26. Videllots de la Selva
confes. Al Mas Fuster. Llibre 20. p. 16

Nº 1 L H

T220X 373

1092

5-4-1399

4º 1030